

scripta sunt³: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas iis data, aut, siquicunque caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. III idus Decembr., Fausto Cornelio Sulla Felice, L. Salvidieno Rufo Salviano cos.⁴

gregali: Spartico Diuzeni f. Dipscurto⁵, Besso.⁶

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in Capitolio aedis Fidei populi Romani parte dexteriore. L. Mesti L. f. Aem. Prisci Dyrrachini — L. Nutri Venusti Dyrrachini. — C. Durra-chini Antri Dyrrachini — C. Sabini Nedymi Dyrrachini — C. Cornelii Ampliati Dyrrachini — T. Pomponi Epaphroditii Dyrrachini — N. Mini Hylae Thessalonicensis.⁷

Diptychon aeneum, Stabiis rep. a. 1749, est Neapoli (III p. 844. X 769 videntur Mommsen). — 1) Ian. 52/53 (cf. supra N. 248). — 2) Huic Optato positus est titulus Tarricinensis quem dabimus infra (= C. X 6518); cf. praeterea Plin. h. n. 9, 62; Io. Lydus de mag. 5, 65 p. 287 Becker; C. XV 587. — 3) Numerus stipendiiorum non enuntiatur; ex reliquis constitutionibus pertinentibus ad classes (N. 1990. 1991 aliisque) apparet classiarios dimissos esse post stipendia viginti sex, tertio p. Chr. saeculo (cf. Eph. ep. 5 p. 100) post stipendia viginti octo. — 4) II Dec. 52. — 5) Primum scriptum erat in utroque exemplo Dibpscurto, sed berasa. — 6) Bessi, Thraciae populus, multi fuerunt inter classiarios. — 7) Probabile septem hos homines, oriundos omnes ex provincia Macedonia, cuius Bessi fuerunt contermini, amicos fuisse Spartici.

1987 Nero Claudius divi Claudi f., Germanici Caesar. n., Ti. Caesaris Aug. pron., divi Aug. abn., Caes. Aug. German. pont. max., trib. pot. VII, imp. VII, cos. IIII¹, peditib. et equitib. qui milit. in coh. VII quae appellantur (1) I Astur. et Callaecor. et (2) I Hispan. et (3) I Alpinor. et (4) I Lusitanor. et (5) II Alpinor. et (6) II Hisp. et (7) V Luciens et Callaecor.², et sunt in Illyrico sub L. Salvidieno Salviano Rufo, qui quina et vicena stipend. aut plura meruer., quor. nomin. subscript. sunt: ipsis liberis posterisq. eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas iis data, aut si qui caelib. essent, cum iis quas postea duxissent dumtax. singuli singulas. A. d. VI non Iul., Cn. Pedanio Salinatore, L. Velleio Paternculo cos.³

coh.⁴ II Hispan., cui praest C. Caesius Aper⁵, equiti: Iantumaro Andedunis f. Varciano.

Descr. et recogn. ex tabula aenea, quae fixa est in Capitol. ad latus sinistr. aedis thensar. extrisecus.

Tabella aenea, diptychi pars prior, Vindobonae in museo (III p. 845). — 1) A. 60 (cf. supra N. 229/230 not. 15. 44). — 2) Harum cohortium sub Nerone in Illyrico tendentium longe plurimae, scilicet omnes praeter primam Asturum et Callaecorum et primam Hispanorum, etiam sub imperatoribus Flaviis fuerunt in Pannonia, testibus constitutionibus annorum 80. 84. 85 (infra N. 1997; C. III p. 854. 855), duae, secunda Alpinorum et quinta Luciensum Callaecorum, tem-